

ERECCION DEL INSTITUTO «SAN PIO X» DE TEJARES-SALAMANCA
EN INSTITUTO PONTIFICIO DE CATEQUETICA Y CIENCIAS
SAGRADAS, Y APROBACION DE SUS ESTATUTOS

SACRA CONGREGATIO
DE RELIGIOSIS

Prot. N.º 12720/60

D E C R E T U M

Sollicite Religiosorum laicorum educationi iuventutis incumbendum integram institutionem S. Sedes prosequitur, ad hoc ut peculiari sui status perfectionem adipiscantur uberesque fructus percipiant quos ex munere ipsis ab Ecclesia commisso sperare licet. Consultit proinde ut Religionum laicalium sodales ad arctiorem in dies cum Christo unionem efferantur, simulque profundiorum mysteriorum Dei cognitionem ex sacris doctrinis indesinenter hauriant.

Pervigilat etiam Apostolica Sedes ut tota adolescentiae et iuventutis educatio ipsis religiosis Institutis ab Ecclesia concredita, christiana veritate ac virtute imbuatur et veluti ad apicem perducatur. Curat propterea specificam Fratrum institutionem perfectiorem in dies fieri, in iis maxime quae ad catecheticas aliasque sacras scientias pertinent, ut sicut in scientiarum humanarum provincia debitum gradum et congruam praeparationem adipisci conantur, ita etiam uberius,

praesertim nostra aetate, in divinis erudiantur, et hac ratione, gratiae auxiliis numquam deficientibus, iuvenum animi ad veram et plenam perfecti christiani imaginem evehantur.

Iamvero, Moderatores Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, his pontificiis normis obsequentes, anno 1955 apud Tejares Salmanticae in Hispania, Institutum a Sancto Pio X nuncupatum condiderunt, cuius finis in elevatione vocationis educatoris catechistae, speciatim religiosi laici consistit. Ad hunc scopum obtinendum praedictum Institutum scientiarum sacrarum studia in ordine ad catechesim necnon aliarum scientiarum, quae ipsam catechesim tamquam auxiliariae deserviunt, fovet et hac via alumnos parat ut apti educatores, praesertim optimi catechistae fiant, immo et catechistarum institutores evadant.

Quapropter, Sacra Congregatio de Religiosis, Moderatorum Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum praecibus annuens, prae oculis habitis sive qualitate scientifica studiorum sive incrementis quibus citatum Institutum Catecheticae et Scientiarum Sacrarum jam auctum est, fulta auctoritate ad hoc concessa a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne divina Providentia Pp. XXIII in Audientia pontificia habita die 8 mensis Februarii anni 1960, canonicè in perpetuum erigit per praesens Decretum praedictum Institutum Sancti Pii X, titulo Pontificii decorat, atque sub moderamine ipsius Sacrae Congregationis constitutum declarat, omnia ei tribuens iura et privilegia quae ad normam Codicis et Const. Apost. "Sedes Sapientiae" studiorum sedibus religiosis competunt.

Institutum Sancti Pii X duo Diplomata Pontificia confert, quorum primum post tertium annum conceditur, alterum vero post expletum quinque annorum curriculum. Prius Diploma idoneitatem declarat ad docendam religionem in scholis mediis primi gradus; altero Diplomate alumnus "Magister in scientiis sacris" renuntiatur, aptusque agnoscitur ad rite docen-

dam scientiam religiosam in scholis secundariis superioribus aliisque similibus vel nos stricte universitariis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 25 mensis Martii a. D. 1960, in festo Annuntiationis B. V. Mariae.

Valerius, Card. VALERI

Praefectus

Fr. Paul PHILIPPE, O. P.

Secretarius

SACRA CONGREGAZIONE
DEI RELIGIOSI

Prot. N.º 12720/60

D E C R E T U M

Sacra Congregatio de Religiosis, perpensis 77 articulis et Appendice Statutorum Pontificii Instituti "Sancti Pii X", hac ipsa die erecti apud Tejares Salmanticae in Hispania, cum eadem compererit ad normas Constitutionum Apostolicarum et Sacrorum Canonum fideliter digesta esse, ipsa pro munere rata habet atque approbat ad experimentum trienne.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 25 mensis Martii A. D. 1960, in festo Annuntiationis B. V. Mariae.

Valerius, Card. VALERI

Praefectus

Fr. Paul PHILIPPE, O. P.

Secretarius

SAGRADA CONGREGACION DE RELIGIOSOS

Prot. N.º 12720/60

La Santa Sede se interesa solícitamente por la formación integral de los Religiosos laicales que se dedican a la educación de la juventud, con el fin de que consigan la perfección de su peculiar estado, y obtengan los mayores frutos que cabe esperar del ministerio que la Iglesia les ha confiado. Procura, por tanto, que los miembros de las Religiones laicales se eleven a la más íntima y creciente unión con Cristo, y a la vez extraigan sin cesar de la doctrina sagrada más profundo conocimiento de los misterios de Dios.

Vela además cuidadosamente la Sede Apostólica porque la obra toda de la educación de la adolescencia y juventud, encomendada por la Iglesia a los citados Institutos religiosos, vaya informada y sea coronada por la verdad y virtud cristianas. Para lo cual se preocupa de que se intensifique de continuo la formación específica de los Hermanos, sobre todo en lo que a Catequética y demás ciencias sagradas se refiere, para que, como procuran alcanzar la debida altura y oportuna preparación en el campo de las ciencias humanas, progresen en las divinas más todavía, especialmente en nuestros días; y así, con el auxilio de la gracia que nunca faltará, consigan elevar las almas de los jóvenes hacia el verdadero y pleno ideal del cristiano perfecto.

Ahora bien, los Superiores de la Congregación de Hermanos de las Escuelas Cristianas, obedeciendo a estas normas pontificias, crearon en 1955 en Tejares-Salamanca (España) un Instituto titulado de San Pío X, con el fin de realzar la vocación del educador catequista, en especial la del religioso laical. Para lo cual el citado Instituto impulsa los estudios de ciencias sagradas en función de la catequesis, así como los de las demás ciencias que sirven a ésta de auxiliares, y de ese modo prepara a sus alumnos a ser aptos educadores, particularmente óptimos catequistas, e incluso formadores de catequistas.

Por tanto, la Sagrada Congregación de Religiosos, atendiendo a la petición de los Superiores de la Congregación de Hermanos de las Escuelas Cristianas, y en vista de la calidad científica de los estudios, así como de los frutos que el citado Instituto de Catequética y Ciencias Sagradas va consiguiendo, apoyada en la facultad que le concedió a este fin Nuestro Santísimo Señor, por divina disposición Papa Juan XXIII, en la Audiencia pontificia del día 8 de febrero de 1960, erige canónica-

mente a perpetuidad por el presente Decreto el predicho Instituto San Pío X, le otorga el título de Pontificio, y lo declara constituído bajo el gobierno de la misma Sagrada Congregación, confiriéndole cuantos derechos y privilegios corresponden —a tenor del Código y de la Constitución Apostólica «Sedes Sapientiae»— a los centros religiosos de estudios.

El Instituto San Pío X confiere dos Diplomas Pontificios, el primero de los cuales se concede al final del tercer año, y el segundo al acabar el ciclo de los cinco años. El primer Diploma declara la idoneidad para enseñar religión en el bachillerato elemental; por el segundo Diploma el alumno recibe el título de «Magister en ciencias sagradas» y es reconocido apto para enseñar religión en las clases de bachillerato superior y otras similares o no estrictamente universitarias.

No obstante cualquier cosa en contrario.

Dado en Roma, en la Sede de la Sagrada Congregación de Religiosos, el día 25 de marzo de 1960, festividad de la Anunciación de la Santísima Virgen María.

Valerio, Card. VALERI
Prefecto

Fr. Paul PHILIPPE, O. P.
Secretario

SAGRADA CONGREGACION
DE RELIGIOSOS

Prot. N.º 12720/60

La Sagrada Congregación de Religiosos, después de examinar los 77 artículos y el apéndice de los Estatutos del Instituto Pontificio San Pío X, erigido este mismo día en Tejares-Salamanca (España), habiendo comprobado que su composición concuerda fielmente con las normas de las Constituciones Apostólicas y de los Sagrados Cánones, los considera válidos para su función y los aprueba para un período experimental de tres años.

No obstante cualquier cosa en contrario.

Dado en Roma, en la Sede de la Sagrada Congregación de Religiosos, el día 25 de marzo de 1960, festividad de la Anunciación de la Santísima Virgen María.

Valerio, Card. VALERI
Prefecto

Fr. Paul PHILIPPE, O. P.
Secretario

